Pergamene del Secolo XV°

12

In dei nomine Amen. Anno domini Millesimo cccc
lxxj indictione quarta tempore Sanctissimi in christo patris
et domini nostri domini Sixti divina providentia pape quarti
et die prima mensis decembris. In publico et generali
consilio comunis et hominum terre Gualdi ad sonum cam-
pane vocemque preconis sono tube premisso ut moris est
ad mandatum Nobilis viri Johannis de pavonibus de
Fumegliano hon[orabilis] potestatis dicte terre Gualdi de parit[er]
consensu et voluntate et mandato Spectabilium virorum
Ser Cipriani magistri Antonii de Coregliis Brencoli
Johannis Sanctis peleguini Sompe et Benedicti Jacobi
Angeli [...] Rectorum regiminis comunis et populi dicte terre
in sala magna palatii residentie prefatorum dominorum Rectorum
in sufficienti numero more solito congregato et cohadunato
[...] pro bono pacis et evidenti commodo et utilitate
rei publice et hominum et personarum ipsius comunitatis [...]
[...] fuerunt facte ordinate et reformate infrascripte
reformationes ordinamenta et decreta perpetuo duratura.

Inprimis quod cum de preterito sepe sepius fuerint
exposite querele et exinde orte contentiones non
[...] exactionis creditorum artificum dicte
terre Gualdi que in longum tempus fiebant [...]
[...] ordinaverunt
et hac presenti lege reformaverunt quod omnes et singuli
tam terrigene quam forenses teneantur et debeant exigere
et exigi facere cum effectu omnia et singula credita ipsorum
que [...] seu contraxerint quecumque et qualitercumque
cum aliquo gualdensi seu habitatore dicte terre Gualdi
infra terminum duorum annorum a die dicti crediti [...]
computandi et tunc proxime futuri. Et elapso dicto
termino dicti artifices nec aliquis ipsorum super huius-
modi exactione nullatenus audiatur et scripture sive
libri ipsorum elapso dicto termino postea aliqualiter non adhibeantur
nisi de huiusmodi credito pateat publicum instrumentum
manu publici notarii vel alia autentica scriptura per-
[...]. Et hec locum habeant in futuris tantum [...]
a die publicationis presentium. Et predicta non vendicet sibi
locum in creditoribus absentibus nec in minoribus
xxv annis et aliis iusto et legitimo impedimento
impeditis. Approbato dicto impedimento [...] p. d. R. [...]
tempore existentes vel maiorem partem ipsorum //
Plane. Jo. Car[dina]lis papiensis legatus
[...]

Item eadem ratione et causa moti ordinaverunt
quod omnes et singuli artifices dicte terre Gualdi seu
habitantes in ea teneantur et debeant petere et
exigere et peti et exigi facere omnia eorum
credita quecumque de [...] [...]
[...] contracta cum aliqua persona gualdensi
vel habitatore eiusdem terre infra terminum duorum
annorum a die publicationis presentium computandorum
et elapso dicto termino quod ipsorum debitores nullo modo
possint fieri executio per aliquos officiales dicte
terre Gualdi nisi de tali debito constaret per
documentum vel alia autentica scriptura [...]
ut supra. Exceptis dumtaxat absentibus [...]
terra Gualdi et eius districtu et minoribus [...]
ut supra et etiam aliis iusto impedimento [...]
approbato dicto impedimento ut supra. // Placet
Jo. Car[dina]lis et legatus [...] 20

Item quod Magnifici Rectores dicte terre qui pro tempore
erunt publice vel occulte non possint ire [...]
[...] aliquam [...] pena xxv
librarum [...] pro quolibet [...]
[...] contrafecerit [...] applicanda [...]
[...] et pro alia dimidia [...] et fa-
bricatione palatii dictorum Rectorum. // Placet. Jo. Car[dina]lis
et legatus [...] 20

Item quod prefati Magnifici Rectores nec aliquis ipsorum
possit ire ad [...] aliquo [...]
tempore funeris exceptis tamen [...]
[...] gradum et aliis graduatis cuiusque
dignitate seu gradu fulgentibus. Sub dicta
pena applicanda ut supra.

Item quod prefati Magnifici Rectores nec aliquis ipsorum
possint nec debeant intrare arcem terre Gualdi
sub dicta pena applicanda ut supra. Et hoc non in-
telligatur quando in dicta arce esset seu resi-
deret aliquis Gubernator seu Thesaurarius

Vel aliquis alius cui ex debito reuerentie et
seruitutis deberent visitando honorem et
reuerentiam exibere // Plant / nisi et
ex mand^to^ superiorum vorant. Ja. Car^lis^
et legatus p dict' etc.

Item attendentes quod sepenumero exbareris et im-
pedimentis que solent fieri quando sponse du-
cuntur ad domum mariti non nulla scan-
dala et risse orte sunt inpreteritum: illis ob-
viare volentes decreuerunt quod inposterum
nullus de Gualdo et eius districtu nec ha-
bitans in dicta Terra cuiuscumque generis et co-
ditionis existat audeat vel presumat facere
vel fieri facere aliquod genus sbarre seu im-
pedimenti quando aliqua sponsa ducitur ad domum
mariti per quod impedimentum impediretur
accessus dicte sponse sub pena XX^ti^ solidorum
pro quolibet et qualibet vice pro dimidia appli-
canda camere com(uni)s Gualdi pro quarta accu-
satori. Et pro alia quarta fabrice palatii predicti
Et quilibet possit accusare et pater teneatur pro
filio et frater pro fratre insimul habitantes
Et predicta locum non habeant in minoribus
decem annorum et in claudentibus ianuas
quando ducitur aliqua sponsa ex districtu Gualdi //
Plant. Ja. Car^lis^ et legat' p dictus
etc.

Item quod cum plerumque ex imperitia offitialium
maxime pretorum et assessorum qui tem-
poribus retroactis extiterunt multa malefitia
et delicta inpunita transiuerint. Et sic de-
linquentes reddunt et effitiuntur ad delin-
quendum promptiores et audatiores: Volentes
igitur eiusmodi morbo proposito occurrere
ordinauerunt decreuerunt et reformauerunt
Et presenti decreto perpetuo duraturo firmarunt
quod omnes et singuli potestates seu pretores qui pro
tempore erunt deputati ad dictum offitium
qui non essent doctores teneantur et debeant secu

ducere et continue retinere in eorum collateralem
unum doctorem qui in principio sui offitii ostendat
priuilegium sui doctoratus: Et alias non admittatur
ad dictum offitium per dictos Rectores dicte terre. Sub
pena XXVe librarum den(ariorum) pro quolibet et qualibet vice
qua contrafactum extiterit retinendo de eorum salario
et applicanda ut supra // Plant. Ja. Car^lis^ et
legatus p dictus. etc.


Item quod cum a nonnullis annis citra per nonnullos homines
et personas tam terrigenas quam forenses fuerint et
sint empta seu quolibet data concessa siue alienata
multa et diuersa bona stabilia com(uni)s predicti. In
quibus Com(un)e Gualdi fuerit et sit defraudatum enormiter
atque lesum deliberauerunt et ordinauerunt
et decreuerunt: quod Mag(nifi)ci Rectores teneantur et de-
beant eligere quatuor homines ex quibus unum pro quolibet
qui diligenter debeant examinari inquirere et perscrutari
contra homines et omnes et singulos homines et personas
habentes tenentes et occupantes aliquid de bonis dicti com(uni)s
plus debito. Et dicti homines debeant rebitum et auctem
illud plus capere et apprehendere pro dicto Comuni
et facere cogi et compelli huiusmodi detentores et
occupantes ad restitutionem fructuum perceptorum ex
dictis bonis detentis plus debito. Et debeant pro eorum
salario et mercede partem dictorum bonorum et fructuum
recuperandorum secundum quod per dictos Rectores fuit decla-
ratum et cum dictis quatuor conuentum. Et si
dicti homines ut aliquis ipsorum fuerint neglegentes in
predictis ut fraudem aliquam comiserint incidant
in penam vigintiquinque librarum den(ariorum) pro quolibet et
et qualibet vice Cuius pene medietas sit camere
applicanda quarta accusatori Reliqua vero sit offitiales
qui de predictis executionem fecerit cum effectu
Et predicta locum habeant in omnibus et singulis hominibus et personis
qui emerint seu quivis modo habuerint de bonis dicti
com(uni)s a XXV^c^ annis citra tantum

Item quod quicumque tam terrigena quam forensis cuiuscumque status existat emerit seu quo vis modo vel causa habuerit de bonis dicti comunis a dicto tempore citra debeat adsignare et se scribi facere in termino bannimentorum fiendorum. Et per prefatos Rectores declarando. Et adsignare omnia bona et possessiones que et quas modo predicto habuerint exprimendo quantitates et mensuras. Et in quibus locis posite et lateratae et confinatae sint. Et dicta descriptio et adsignatio fiat et fieri debeat coram deputando per dictos Rectores. Et qui non adsignaverint et se describi non fecerint ut prefertur cadat penitus iure quod haberent in dictis bonis. et dicta bona libere revertantur ad dictum comune Giraldi. Et hoc locum non habeat in personis iusto et legitimo impedimento impeditis approbato ut supra.

Item volentes refrenare malitiam et calliditatem multorum qui prebent aliquam operam seu operas tam personaliter quam cum animalibus et bestiis: et post temporum lapsum petunt mercedem et salarium preter omne iuris debitum et equitatis deliberaverunt et decreverunt quod omnes et singuli homines et persone qui tam de preterito quam de presenti et futuro se conduxerint seu steterint cum aliquo seu aliquibus ad aliquod opus seu laborerium sive ad famulatum ad aliquod tempus sive comodaverint aliquod animal alicui ad vecturam vel alio quocumque modo vel causa vel aliis quibuscumque de causis dependentibus et emergentibus ab eisdem teneantur et debeant infra tres menses a die finiti laborerii famulatus et comodati petiisse mercedem sibi debitam. Et hoc locum habeat in futuris tantum. In preteritis vero infra sex menses a die publicationis presentium constitutionum. Et elapso dicto termino in quolibet dictorum casuum minime audiantur. Sed intelligatur huiusmodi creditoribus fore et esse integre satisfactum virtute

presentis decreti: Nisi essent iusto et legitimo impedimento impediti Approbato ut supra. Et nisi constaret per autenticam scripturam publicam vel privatam. // Plac(et). Ja. Car(dina)lis. et legatus p(ro)p(ri)a m(anu) s(crips)i.

Et ego Albertus de Leoncellis de Spoleto publicus imperiali auctoritate notarius et nunc cancellarius et notarius reformationum dicte terre Gualdi supradictis reformationibus ordinamentis et decretis et omnibus aliis predictis in presentia mei presens fui et ea rogatus scribere in libro reformationum dicti comunis scripsi et publicavi. Et aliis occupatus negotiis per alium michi fidum hic scribi feci et ad fidem predictorum me subscripsi et signum meum apposui consuetum.



Signum mei Alberti predicti

Dat. Fulginij die viij. Jan. MCCCCLXXV



Ja. de Vulterris.

2v

Cap.li diversi del S. Car.le
Legato

1471

1 Decembre

ARCHIVIO STORICO COMUNALE
GUALDO TADINO

4

ARCHIVIO PREUNITARIO